Sicut scti euangelij. ili. sic quattuor cilia suscipere ꝛ venerari me fateor. Nicenū. s. in quo puersum arrij dogma destruit. Cōstantinopoli. q̄s i quo eunomij macedonij error cōuicit. Ephesinum etiā primū in quo nestorij impietas iudicat. Calcedonense vero in quo eutices et dioscori prauitas est reprobata. hec tota deuotione amplector: integerrima approbatione custodio: q̄ in his velut in quadrato lapide sancte fidei structura ꝓsurgit: ꝛ cuiuslibet vite cōis atq; actionis norma cōsistit. Quitū ℔o cōciliū veneror. in quo epla q̄ ibe[b] dr error is plena reprobat: i q̄ theodor[9] psonā mediatoris[c] dei et hoīm in duab[9] substantijs[d] separans: ad ipietatis pfidiā cecidisse cōuincit: ꝛ i quo scripta theo. p q̄ bti cyrilli fides reprehēditur ausu dementie plata refutātur. Cunctas ℔o quas p̄fata venerāda cōcilia psonas respuunt respuo: q̄ venerant amplector: q̄ dū vñ sunt cōstituta cōsensu: se ꝛ non illa destruit quisq̄s presumit[e] absoluere quos ligant aut religare quos absoluunt. De eisdem etiam scribit Gelasius papa dicens.

Que cōcilia sancta romana ecclia suscipiat.

Sancta ro. ec. post illas veteris te. ꝛ noui scripturas quas regulariter suscipim[9]: etiā has suscipi non phibet. Sctām synodum nicenā. cccxviij. patrū mediāte cōstātino maximo aug. in qua arri[9] heretic[9] cōdēnat[9] est. sanctā synodum constāti. mediāte theodosio seniore augusto: in qua macedoni[9] hereticus debitam dānationē excepit: sanctā synodū ephesinam primā in qua nestori[9] damnat[9] est cōsensu beati pape celestini mediāte cyrillo alexādrine sedis antistite ꝛ archadio ep̄o ab italia destinato. sctām synodū calcedonēsem mediāte martiano augusto ꝛ anatholio cōstātinopolitano ep̄o: in qua nestoriana et euticiana hereſis ſimul cum dioscoro eiusq; cōplicib[9] dānate sunt Sed ꝛ si qua sunt cōsilia a sctis p̄rib[9] hacten[9] instituta post istoꝝ quattuor auctoritatē etiā custodiēda ꝛ recipiēda mādam[9] ꝛ decernim[9].

Iam nūc subijciēdum est de opusculis sctōrū patrum que in ecclesia catholica recipiuntur.

Opuscula bti cypriani martyris et carthagi. epi. Itē opuscula bti athanasij alexādrini epi. Itē opuscula bti greg. nazanzen. epi. Itē opuscula beati basilij capadocē. Itē opuscula beati Johannis constāti. epi. Item opuscula beati hylarij pictauen. epi. Item opuscula beati augu. hyponē. epi. Item opuscula beati ambrosij mediolan. epi. Item opuscula beati hiero. pbri. Itē opuscula beati psperi viri religiosissimi. Item epistolā beati leōis pape ad flauianū ep̄m constāti. destinatā: cui[9] textum aut vnum iota si quisq̄ ideota disputanerit: et non eā in oībus venerabiliter acceperit: anathema sit. Itē opuscula atq; tractat[9] oīm patrum orthodoxoꝝ q̄ in nullo a sctē ro. ec. cōsortio deuiauerūt. nec ab eius fideli predicatiōe seiuncti sunt: sed cōionis ipsius gra dei vsq; ad vltimum diē vite sue pticipes fuerunt legēda decernim[9]. Item decretales epl̄e quas btissime pape diuersis tēporibus ab vrbe romana pro diuersorum patrū consultatione dederūt venerabiliter suscipiende sunt. Itē gesta sanctorum martyrum qui multiplicibus tormentorū cruciatibus ꝛ mirabilib[9] cōfessionū triūphis irradiant. Quis ita esse catholicorum dubitet ꝛ maiora eos in agonib[9] fuisse perpessos: nec suis viribus: sed dei gratia ꝛ adiutorio vniuersa tollerasse: Sed ideo secundū auctoritatē antiquā vel cōsuetudinē singulari cautela in sancta ro. eccle. nō legunt. q̄ eorum qui

scripsere noīa penitus ignorant ꝛ ab infidelibus aut dictis supflua aut min[9] apta q̄ rei ordo fuerit scripta esse putantur: sicut cuiusdam quirici et iulite matris eius: sicut georgij aliorumq; passiones hmōi que ab hereticis pbantur conscripte: ppter q̄ (vt dictū est) ne vel lectius subsannādi oriret occasio in sancta ro. ecclē. nō legunt. Nos tñ cū p̄dicta ecclia omnes martyres ꝛ eoꝝ gliosos agones q̄ deo magis q̄ hoībus noti sunt oī devotione veneremur.

Itē vitas patrum: Anthonij: pauli: hylarionis ꝛ oīm heremitarū: quas tñ vir beatissimus scripsit hiero. cū omni honore suscipim[9]. Itē act[9] beati silvestri apostolice sedis p̄sulis: licet eius qui scripsit nomē ignoremus a multis tamen in vrbe ro. catholicis legi cognouimus: ꝛ pro antiquo vsu multe hoc imitantur ecclesie.

Itē scripta de inuentione sancte crucis dñice ꝛ alia scripta de inuētione capitis beati Joh̄ā. baptiste. nouelle quidē reuelationes sunt ꝛ nō nulli eas catholici legunt: sed cū hec ad catholicorum manus puenerint beati pauli apostoli sententia p̄cedat. Omnia pbate quod bonum est tenere. Itē rufin[9] vir religiosus plurimos ecclīasticī operis edidit libros: nonnullas etiā scripturas interpretatus est. Sed q̄n beat[9] hiero. in aliq̄b[9] eum de arbitrij libertate notauit: illa sentim[9] que beatum hiero. predictum sentire cognoscimus ꝛ non solū de rufino: sed etiā de vniversis quos vir sepi[9] memorat[9] zelo dei ꝛ fidei religione rep̄hendit. Item origenis nō nulla opuscula q̄ vir beat[9] hiero. non repudiat legenda suscipim[9]. reliqua aūt oīa cum auctore suo dicimus esse renuenda. Itē chronicā eusebij cesarien. atq; eiusdē hystorie ecclesiastice libros q̄uis in primo narrationis fine libro tepuerit ꝛ in laudibus atq; excusatione origenis scismatici vnum cōscripsit libū: ppter rerum tñ singularē noritiam q̄ ad instructionem pertinet vsquequaq; non dicimus renuendos

Itē orosium virum eruditissimū collaudam[9] quia valde necessaria aduersus paganorū calūnias ordinauit: miraq; breuitate contexuit.

Item venerabilis viri sedulij paschale opus q̄ heroicis descripsit ℔lib[9] insigni laude p̄ferimus. Itē vincentij nichilomin[9] laboriosum opus nō spernim[9]: sed imitamur. Ceterū q̄ ab hereticis cōscripta vel p̄dicta sunt: nullatenus recipit catholica ꝛ aplica ec. roma. Quibus ꝛ panica q̄ ad memoriam venerunt et catholicis vtāda sunt: decreuim[9] esse subdenda. In primis arminēsem synodū a cōstātino cesare constātini filio cōgregatā mediante tauro p̄fecto extūc: ꝛ in eternū cōfitemur eē dānatā. Itē itinerariū noīe petri apli q̄ appellat sancti clemētis. li. viij. apocry. Act[9] noīe andree apli apocryph[9]. Act[9] noīe philippi apocryph[9]. Act[9] noīe petri apli apocryph[9]. Actus noīe Thome apli apocryphus. Euangelia thadei noīe apocrypha. Euāgelia noīe tho. apli quib[9] manichei vtunt apocrypha. Euāgelia noīe barnabe apli apocrypha. Euāgelia noīe bartho. apocry. Euangelia nomine andree apli apocry. Euangelia que falsauit lucianus apocrypha. Euangelia que falsauit hyrcius apocrypha. Liber de infantia saluatoris apocryph[9] Liber de natiuitate saluatoris ꝛ de sancta maria: ꝛ de obstetrice saluatoris apocryph[9]. Liber qui appellatur pastoris. apocry. Libri omnes quos fecit tertius discipulus diaboli apocryphi. Liber qui appellatur fundamentum apocry. Liber qui appellatur thesaurus apocry. Liber qui appellatur de filiabus ade vel genesis apocry. Liber qui appellatur pentha metrum de christo virgilianis compaginatū versibus apocry. Liber qui appellatur actus thede ꝛ pauli apocry. Liber qui appellatur le potius apocry. Liber prouerbiorum ab hereticis transcriptus: ꝛ sancti sixti nomine signatus apocry. Reuelatio que appellatur pauli apocrypha. Reuelatio que appellatur Thome apocrypha. Reuelatio que appellatur stephani apocrypha. Liber qui appellatur transitus sancte marie apocry. Liber qui appellatur penitentia ade apocry. Liber qui appellatur diogenes nomine gigātis qui post diluuiū cum draconе ab hereticis pugnasse perhibetur apocry. Liber qui appellatur testamentū Job (alias est Jacob) apocry. Liber qui appellatur de penitētia origenis apocry. Liber de penitētia cypriani apocryphus. Liber qui appellatur tamme et mambre apocryph. Liber qui appellatur sors apostolorum apocry. Liber lusane apocryph[9]. Liber canonū apostolorum apocry. Liber philologus ab hereticis conscript[9]. sed beati Ambrosij nomine prefignatus apocryphus. Historia eusebij pamphili apocryph. Opuscula tartuliani siue affricani apocry. Opuscula iouinian ꝛ galli apocrypha. Opuscula montani ꝛ priscille ꝛ maximille apocrypha. Omnia opuscula fausti manichei apocry. Opuscula alterius clementis alexandrini. apocry. Opuscula cassiani presbiteri galliarum apocry. Opuscula victoris pictauien. apocrypha. Opuscula faustini regiñ. galliarum apocrypha. Opuscula frumentici

apocrypha. Epistola ihesu ad abagarum apocry. Passio gregorij apocry. Passio quirici[a] et iulite apocry. Scriptura que appellatur salomõis cõtradictio apocrypha. Phylacteria oia que non ab angelo vt illic confingunt: sed magis a demone cõscripta sunt apocrypha. Hec ⁊ his similia que symõ magus: Nichola⁹: ternichus: martion: basilides: ebion: paulus etiam samosatenus ⁊ bonosius qui simili errore defecerunt montanus quoq; cũ suis obscenissimis sequacibus: apolinaris: valentinus siue manicheus: faustus: sabellj⁹: arrius: macedonj⁹: eunomius vouacius: sebacj⁹: calixtus: donatus: et eustachius: iubianus: pelagius: iulianus: et latiẽ. celestinus: ⁊ maximianus: prisillanus ab hispania lapedius: dioscorus: euticius: petrus et alius petrus ex quib⁹ vnus alexandrinam: alius antiochiã maculauit: achatius constantino. cũ consortibus suis. Necnon ⁊ omnes hereses quas ipsi eorũq; discipuli/ siue scismatici docuerunt vel conscripserunt: quorum nomina minime retinemus nõ solum repudiara: verũ etiam ab omni ro. ec. eliminata: atq; cũ suis auctorib⁹ auctorumq; sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in eternũ confitemur esse damnata. ¶ Ceterum qui libri in ecclesiasticis officijs per anni circulũ a nonnullis legantur (q̃ ritũ illum apostolica non reprobat: sed sequitur ecclesia) ꝓ fidelium edificatiõe annotãdum censuimus: quidam q̃ in. lxx. ponũt penthateucũ vsq; in. xj. diem añ pascha. A. xv. die ante paschа ponunt Hieremiam vsq; in cenam dñi. In cena domini legunt tres lectiones de lamentationib⁹ hieremie. Quomodo sedet sola ciuitas plena ppło ⁊c. et tres lectiones de tractatu Augustini in psal. liiij. Exaudi deus oratione meam et ne despexeris. et tres de apostolo vbi ait in epistola ad Corinthios. Conuenientibus vobis in vnum. Secũda lectio sic incipit. Similiter postq; cenauit. Tertia De spiritualib⁹ nolo vos ignorare fratres. In parasceue tres lectiones de lamentationibus hieremie: tres de tractatu sancti Augustini in psalmo. Exaudi deus deprecationẽ meam. ⁊ tres de apostolo vbi ait in epistola ad hebreos. Festinemus ingredi ⁊c. Secunda lectio. Omnis nanq; pontifex. Tertia. De quo nobis est grandis sermo. In sabbato sancto tres lectiones de lamentationibus Hieremie prophete: ⁊ tres de tractatu sancti Augustini in. lxiij. psal. Exaudi de⁹ orationem meam cũ tribulor ⁊c. Et tres de apostolo: vt in epistola ad hebreos. vbi ait. Christus assistens põtifex futurorũ bonorum. Secunda lectio. vbi est enim testamẽtũ. Tertia. vmbrã eñ habet lex futurorũ bonorum. In pascha dñi omeliã ad ipsum diẽ pertinẽtes. Infra hebdomadã omelias. In octauis pasche ponũt apocalipsim/ et actus apostolorũ ⁊ epistas canonicas vsq; in. viij. pẽthe. In. viij. penthecostes ponunt libũ regum et paralipomenon vsq; in kalendis augusti. ¶ In dñica prima mensis augusti ponũt salomonem vsq; in kalendis septẽbris. In dñica prima mẽsis septembris ponunt Job / Thobiam/ Hester / Hesdram vsq; in kalendis octobris. In dñica prima mensis octobris ponunt libium machabeorũ vsq; in kalen. nouembris. In dñica prima mensis nouẽbris ponunt Ezechielẽ et Danielem et minores prophetas vsq; in kalendꝫ. decembris. In prima dominica mensis decembris ponunt Esaiã ꝓphetã vsq; in natiuitatem domini. In natali dñi legũt primum de Esaia tres lectiones. Prima lectio. Primo tpe alleuiata est terra zabulon ⁊c. Secũda. Consolamini cõsolamini. Tertia. Cõsurge hierusalem. Deinde legũtur sermões vel omelie ad ipm diem ptinentes. In natali sancti Stephani omelia de ipa die. In natali sancti iohãnis silr. In natali innocentiũ silr. In natali sancti Siluestri silr. In octaua. natalis dñi omeliã de ipa die. In dñica prima post natiuitatẽ dñi ponũt epistolas pauli vsq; in septuagesimã. In epiphania lectiones tres de Esaia. Prima lectio incipit. Omnes sitientes Secunda. Surge illuminare hierusalem. Tertia. Gaudẽs in dño gaudebo. Deinde legũtur sermones / vel omelie ad ipsum diem pertinentes.

a ¶ Qui rici als cyrici.

treñ. j.a.

j. corj. xj. d. Luce xxij. b. j. corj. x. a.

Heb. iij. c.

¶ Additio. Apocryphũ dicitur occultum: et secretum. ab apo: quod est de ⁊ crisis quod est secretũ. inde liber dicitur apocryphy⁹. id est occultus ⁊ secret⁹ scilicet cuj⁹ auctor: ignoratur: nõ tamen ab ecclesia recipitur: sed reprobatur. q. d. non in ecclesia: sed remote ⁊ secrete ab ecclesia est legendus secundum hugo. Uñ dic apocrypha grece latine secreta. Et quia in cameris solent virgines abscondi ⁊ secrete mozari secundum Johã. f. inde est q̃ ego in hebreo alma: in greco apocrypha: latine dicit secreta.

Heb. ix. c. Ibiñ. v. a.

Esaie ix. a.

Esaie lv. a. Esaie lx. a.

divisio

Apostolorum. ¶ Hec dist. dividit in duas partes. Secunda ibi: soluta est.

a ¶ Apostolorꝫ. hic intitulat. xvj. di. in ij. ꝑbat q̃ canones apl̃oꝝ sunt recipiẽdi: postea ondit quo tpe ⁊ quo residẽte in patru vel impio qõlibet concilio est celebratũ Etno. ꝙ Gratianꝰ ponit quãdã cõtrarietatẽ de canonibus apl̃oꝝ et eam nõ solut ꝑbat eñ auctoritate Jsidorꝰ q̃ canones apl̃oꝝ nõ sunt recipiendi: q̃ sunt apocrypi. postea ꝑbat auctoritate zephermi ⁊ Leonis q̃ sunt recipiendi: et nõ sũt apocryphi. Sodicendus est: q̃ illi canones sunt recipiẽdi: qui a veris apl̃is sũt editi: ꝛ illi non qui a pseudo apl̃is sũt editi. ℑ. primi. ℘. iter gesta.

Canones ãp apl̃oũ sunt recipiẽdi

b ¶ Anones Sic construe. Cuius ieis canonib⁹ qui canones dicuntur apostolorum.

c ¶ Utilia. Argu. ꝙ vtilevicia tur ꝓ inutile: vt no. ℑ. di. ix. si ad scripturas.

d ¶ Atq; iter apocrypha. i. sine certo auctore vt sapia Salomõis: liber iesu filij sirach q̃ dicit ecclesiasticus: ⁊ liber iudicũ ⁊ thobie: ⁊ liber machabeorũ hi apocrypi dicunt: ⁊ tamen legunt: ſz forte nõ generaliter.

Bibliã hz alios libros apocryphos.

e ¶ Lemẽz. i. cũ sb noie clemẽtis ꝓpositꝰ est ab hereticis

f ¶ Itinerariũ qui acꝭ petri ⁊ tinet: quas porbẽ itinerãdo peregit.

g ¶ Exceptis. Improprie videt hec exceptio: quia aut excipit a veris canonib⁹: aut a falsis. non de falsis: quia nullus ex illis obseruat. item nõ deveris q̃ nullꝰ illorum est apocryphus. Uel dic ꝙ hoc nomen canones sumitur large tam ꝓ veris ꝙꝫ ꝓ falsis canonibus: vt ponitur. ℑ. xxxij. distin. ℌ. verum.

h ¶ Orthodoxe. Id est recte. orthos rectum. doxa gloria. Inde dicitur fides orthodoxa. i. catholica recta: scilicet in qua recte gloriamur.

Addition. Joan. de fan.

i ¶ Lacuit. Ex his tribus. c. surgit ꝓrarietas quã Gratianus non soluit nec ponit serra synodꝰ dicit. lxxxv. capitula canonum apl̃oꝝ esse seruanda. zepherinus. ix. et leo. i. quidam ita solunt ꝙ serra synodus fuit ãte zepherinum: et ante Leonem ⁊ obseruabantur lxxv. canones ꝓut dicit serra synodꝰ: sed postea in dissuetudinẽ abierũt. xxv. et remanserunt lx. vt dicit zepherinus. precedentevero tempore x. ex illis perierunt. ⁊ sic remãserunt rãtum. i. vt dicit Leo. Sz hec solutio stare nõ põt. nã zepherinꝰ ꝑcessit sertã synodum: nam serta synodus fuit celebrata tempore agathonis: vt. ℑ. e. di stin. c. serta. qui lõgo tẽpore fuit post zepherinũ vt ex cronicis apparet. Omissis aliis solutionibus/ dic ꝙ nõ cõtradicũt sibi q̃ dicebat synodꝰ. lxxv. fuisse capitula. zepherinus nõ dicit de capitulis sed de sententijs vel potest esse q̃ in vno capitulo sint sẽtẽtie plures.

Vera solutio

Distinctio.xvj.

Apostoloruꝫ canones qui per clementem pon. ro. (sicut quidaz asserũt) dicũtur esse translati: sunt quinquaginta. Hos nõ recipiendos: sed inter apocrypha deputatos.

Isidorus scribit dicens.

¶ Apostolorũ canones apl̃ica reiciuntur auctoritate.

Canones[b] qui dicũtur apostolorũ: seu q̃ eosdem nec sedes apostolica recepit: nec sancti patres illis assensum prebuerunt: ꝓ eo q̃ ab hereticis sub noie apostolorum compositi dinoscuntur ℘uis in eis vtilia[c] inueniantur: tamen ab auctorita. ca. at q̃ ap. eorum gesta constat esse remota atq; inter apocrypha[d] deputata. zepherinus autẽ econtra scribit epis per siciliam constitutis.

¶ Apostoloruꝫ canones sunt recipiendi.

Septuaginta snias apostoli prescripserunt cuz aliis ℘plurimis episcopis ℘s seruandas esse censuerunt.

Item Leo papa. ix. contra epistolam niceri abbatis[i].

¶ Exceptis q̃nquaginta capitulis canones apostolorum inter apocrypha deputãtur.

Clementis[f] libri. i. petri apostoli itinerariũ[g] apostolorum canones numerant patres iter apocrypha: exceptis[g] capitulis. l. quidecreuerunt orthodoxe[h] fidei adiungenda.

Item. vj. synodus. ca. ij.

Lacuit[i] huic sancte synodo: vt ammodo confirmata et rata sint canonum apostolorum. lxxxv. capitula.

Epistola Jsidori in capite canonum. Isidorus seruus xpi lectori suo cõseruo. Propter eorũ auctoritatẽ ceteris conciliis preponimus[k] canones qui dicuntur esse apostolorũ: licet a quibusdam apocrypi dicãtur: quoniam plures eos recipiunt: et sancti patres eorum sentẽtias synodali auctoritate reprobauerunt: et inter canonicas posuerunt cõstitutiones. Item pum⁹ ordo (vt predictum est) de celebrando cõcilio insert⁹ habet. postmodũ canones apostoloruz atq; apostolicorum. i. a sancto clemente vsq; ad sanctum siluestrum: ⁊ decretoꝝ: atq; conciliorꝝ diuersoꝝ breuiarium est interpolatũ sequẽs ordinem suũ. Item cum adrianus papa sertã synodũ suscipiat cuz oibus canonib⁹ suis cũ etiam sctã. viij. vniuersalia concilia ꝓfessiõe romani põtificis sint roborata: in serta autẽ synodo siue in septimo cõcilio apostoloruz canones sunt recepti ⁊ approbati: patet q̃ non sunt inter apocrypha deputandi.

Unde scribit adrianus papa tharasio patriarche.

¶ Serta synodus auctoritate Adriani corroboratur.

mus. Arg. q̃ illi ꝺ sunt maioris auctoritatis debent habere prioritatẽ in electiõe. vt. xix. di in canonicis vñ lz anchiritana synodꝰ fuerit ꝓ nicena: tñ ꝓpter maioritatẽ auctem nicena ꝓponit. vt. ℑ. e. dist c. serta. ibi ꝓma annotatio ⁊c. arg. eꝛ de rescrip. ab ercõcilio.

Universidad de Deusto

a Sexta. ¶ Sexte synodi. falla est ista z dz ibi cē sepie synodu: quē dubitaret sexta synod⁹ d eo qđ ipsa fecerat.

Adeo.

Voluntates due fuerunt in xpo. Adde isti vocati sūt monothelite a monos qđ est vnū et stelos voluntas. ꝫ Iu. Archi.

b Voluntatē. Quidā dicebāt ūñ vnam fuisse voluntatē i xpo. ꝫ. Sz dicēdū est q̄ due fuerūt voluntates in eo q̄ hō fuit vna sensualitas ꝫ ratio quā ipe assumpsit fieri pōt: transeat cē. alia rōnis ꝫ ratio quā ipse dicit: verūtā nō sicut ego volo: ꝫ sicut tu vis.

c ¶ Cōstātini. Filius magni cōstantini qui fuit tēpore silueſtri. sub eo enim fuit nicenū cōcilium tēpore silueſtri.

c ¶ Cōstātini. Contra. infra. d. do. ℌ. est z aliud infra. q̄ nō est ꝑfa. re. sec⁹ vbi iustinianus vocat patrē suū iustinū. Sed loquit hic d alio Justiniano. sub q̄ sexta synodus celebrata fuit tpe agathōis pape. vt. j. e sexta. sub Justiniano aūt cui⁹ leges legūtur celebrata ē quinta synod⁹: vt. j. ea. c. sexta.

d ¶ Sub iustiniano. sed certe nec sic cessat cōtrarietas qz eā leo ōz synod⁹ lo quit d. c. tu distingue tpa et pcordabis scripturas. ij. q. j. mūti.

e ¶ Eadē. Nota q̄ eadē dr synod⁹: q: ijdē patres ibi ꝓuenerūt sūe. vij. q. j. deniqz. z. ff. d iudi. ꝓponebat. Et est

Justiniani pater.

Sexta synodus canones conscripsit.

Habeo libꝝ cōtinētem canones sancte synodi sexte patriarcha dixit. Q. uidā scādalizant ꝑ ignorātiam ꝓ canonib⁹ istis dicētes nunqđ sexta synodus canones fecit: sciāt ergo qm synod⁹ sctā sexta sub cōstātino cōgregata est cōtra eos q̄ dicebāt cē vnā opationē et vnā volūtatē cē in xpo. in qua scti pres illos vt pote hereticos anathematizauerūt. z orthodoxā fidē explanauerūt. Soluta est hec synodus cōstātin⁹. xiij. āno. post ḡtruor aut quinqz annos ijdem scti pres cōgregati sūt sub b iustiniano filio cōstātini et ꝓdictos canones ꝓmulgauerunt: de qbus null⁹ dubiret q̄ eēm sub constātino impatore in synodo fuerunt ijdē ipsi ēpi sub iustiniano istis canonib⁹ subscripserūt. Opotebat enī vt synodus vlis canones ecclesiasticos ꝓmulgaret. Tē sancta synod⁹ vlis sexta post promulgataz ab eo diffinitionem cōtra monoscelitas constantino impatore q̄ eā cōgregauerat nō multo post defuncto: iustiniano filio ei⁹ regnante ꝑ eo. ¶ Eadē⁶ sctā synod⁹ diuinit⁹ inspirata itez cōstantinopo. iiij. aut. v. anno cōgregata est: et canones numero ccij. ad correctionē ecclie promulgauit. Ex his ergo colligit q̄ sexta synod⁹ bis cōgregata ē primo sub cōstātino impatore z nullos canones ꝓstituit. scdo sub iustiniano filio ei⁹ z ꝑfatos canōes ꝓmulgauit. Unde scti pres in eadem synodo congregati dixerunt.

hic arg q̄ eadē sit cā appellationis cū cā ꝓncipali. ij. qōe. vj. sicqs in quaciqz.

¶ Constōes synodi sexte.

Quoniam sancte vniuersales synodi. v. sub Justiniano augusto. vj. sub cōstātino pfe suo augusto de mysterio fidei plenissime disputātes canones nō fecerunt sicut cetere ḡtruor vniuersales synodi ꝓpterea nos cōuenientes in hāc imperialē vrbem sacros canones cōscripsim⁹. I tē placuit huic sctē synodo vt animo cōfirmata z rata sint canonū apl̄oz lxxxv. capla. I tē cōfirmam⁹ z ceteros sctōrū canones et synodos primā nicenā et anchiritanā: neocesarien. gangrensem: antiochenaz: laodicen. cōstātinopolitanā: ephesinā primā: calcedonēsem: sardicēsem: carthaginensem: z opuscula theophili alexandrini ēpi: z gregorij trinegisti neocesarien. ēpi: z dionysij alexandrini ēpi et martyris: athanasij ēpi alexandrini: basilij cesaree capadocie ēpi: gregorij nisseni ēpi: gregorij theologi anphilogij iconien. ēpi: thimothei alexandrini ēpi: germani constātinopolitani: cyrilli alexandrini ēpi: et cypriani cartagi. ēpi: z synodum suam. I tem ex diurno lib. pfessio. romani pontificis.

¶ Auctoritate romani pontificis sancta. viij. concilia corroborantur.

Sancta. viij. f vniuersalia concilia: primū nicenū: scōm cōstātinopolitanū tertiū ephesinuz: calcedonen. iiij. z. v. Itē cōstātinopolitanū vj. Itē nicenū. vij. Octauum q̄qz cōstātino vsqz ad vnū apicem imutilata seruare et pari honore z veneratione digna habere: z q̄ pdicauerunt z statuerūt modis oībus sequi z predicare: z quecūqz condemnauerunt: ore z corde condemnare profiteor. Quo autem tempore sexta synodus. z. j. iij. iiij. z. v. congregate sunt Beda in lib. de temporibus scriptis dicens.

f Sancta viij. hec pcilia dñr octo. qz octies sunt celebrata: vt hic. dñr z quattuor qz i q̄tuor locis celebrata: v. ff. disti. pri. sicut.

¶ De temporibus conciliorum.

Sexta synodus vniuersalis constātinopoli cōgregata est et greco sermone cōscripta temporibus pape agathonis exequente pissimo principe constantino intra palatiū suum simulqz legatis apostolice sedis et episcopis. cl. residentibus. Prima synodus vniuersalis in nicena congregata est cōtra arrū cccxviij. patrum temporibus Julij pape sub constantino principe. Secunda in constanti. cl. patrum contra macedonium et eudoxium temporibus damasi pape: et gratiani principis quando nectarius eiusdē vrbis episcopus est ordinatus. Tertia in ephesina. c. patrū cōtra nestorium auguste vrbis episcopū sub theodosio magno principe z papa celestino. Quarta in calcedonē. dcxx. patrum sub Leone papa temporibus martiani principis contra eutichē nephandissimorum monachoz presulem. Quinta in constantinopolitana ciuitate temporibus Julij pape sub iustiniano principe cōtra theodorum z omnes hereticos.

Prima autē synodus in nicena. cccxviij. patrū contra arriū alexādrinum pb'm qui tres inequales gradus in trinitate asserebat patrē. f. maiorē: filium minorē: spiritūsanctum creaturā vel seruū: tēporibus constantini principis z Siluestri pape romani machārij hierosolymitani: alexandri alexādrini: qui condemnata eadem hereſi statuerūt canones xx. quorum auctor maxime prefatus alexander episcopus fuit. Secunda synodus in constantinopoli. cl. patrum contra macedonium constantinopoli. episcopum: qui negabat spiritum sanctū deū esse: tribus Gratiani et theodosij principum: damasij pape romani: cyrilli hierosolymitani: nectarij alexandrini: qui condemnata ꝑfata hereſi statuerūt canones tres: quorum auctor maxime beatus nectarius constantino. eps fuit. Tertia in epheso. ccc. patrū contra nestorij constantinopoli. epm qui dicebat beatā virginem mariā nō dei sed hominis tantūmodo genitricem vt aliā personam carnis: aliam faceret deitatis: tribus theodosij principis iunioris celestini pape romani. Juuenalis constantinopoli. epi: cyrilli episcopi alexandrini qui. xv. capitula contra nestorij blasphemias totidem canones auctore eodem sancto cyrillo anathematizando conscripserunt. Quarta in calcedonen. dcxxx. patrū cōtra eutichē constantinopo. abbatē: qui asserebat xpm post humanā assumptionem nō ex duabus naturis existere: sed solā in eo diuinam naturam pmanere: tēporibus martiani principis: leōis pape romani: iuuenalis hierosolymitani anatholij constantinopo. q̄ condēnata prescripta hereſi statuerunt canones. xxviij. quoz auctor maxime idē sanctus anatholius constantinopoli. episcopus fuit. Quinta in cōstantino. cōtra theodorum mesochenū et oīs hereticos. qui theodorus dicebat aliud esse dei verbum/ z aliud xpm. et sanctā mariā virginē negabat dei genitricē fuisse: temporibus iustiniani principis: iulij pape romani: dñi antiochen: eutichij constantinopoli. qui. xxvij. capitula anathematizando descripserunt contra theodo. z socioz eius blasphemias. Sexta in cōstantinopo. cl. patrum cōtra macharium anthiochenū epm z socios ei⁹ qui vnam voluntatem z operationem in christo falsa suspitione asserebant temporibus cōstantini principis: agathonis pape romani: gregorij cōstantinopolitani: qui condemnata hereſi prefata anathematizādo scripserunt. ix. capitula intertius annexa.

Prima annotatio anchiritane synodi dicit q̄ ante nicenā fertur fuisse sed ꝑpter auctoritatem maiorem⁸ postponit: in qua patres. xvj. statuerūt canones. xxiiij. quorū auctor maxime vitalis anthiochen⁹ epūs extitit. Secunda neocesariēsis. que post anchiritanam et anthiochenam legitur fuisse: in qua pres. xvij statuerūt canones. xxiiij. quorū auctor maxime vitalis epūs salonitanus extitit. Tertia gāgrensis: que post nicenā legitur fuisse in qua patres. xvj. statuerunt canones. xx. ꝑpter quasdam necessitates ecclesiasticas maxime contra eustachiuz qui dicebat q̄ nullus in coniugali gradu positus nec vllus fidelis qui non omnib⁹ renūciaret que possideret: spē vllā ad deum haberet z multa alia venenosa que enumerare longum est. Quarta sardicē. in qua patres. lx. statuerunt canones. xxij. quorum auctor maxime osius cordubensis episcopus et vincētius capuanus episcopus z ianuarius beneuentanus et calepodius neapolitanensis sancte romane ecclesie legati extiterūt. Quinta anthiochena: in qua pres. xxx. statuerunt canones. xxv. quoz auctor maxime eusebius palestinēsis epūs extitit. Sexta laodicensis in qua patres. xxxij. statuerūt canōes. lxij. quorum auctor maxime theodosius episcop⁹ extitit. Septima carthaginensis in qua pres. ccxxviij. statuerunt canones. xxiij. quorum auctor maxime aurelianus carthaginensis episcopus extitit: z sanctus augustinus hyponen. episcopus in eadem synodo legitur fuisse temporib⁹ honorij augusti. Octaua affricana sub theodosio minore augusto: in qua pres. ccxxix. recitauerunt z firmauerūt canones. cv. q̄ per

Prima annottio.

a ¶ Maiorem Argu. q̄ nō qui prior est tpe potior est iure: sed melior preferendus est: qi non ḡdus elegātior: sed vite melioris actio cōprobat: vt. xxiij. q. iij. sicut. et. xl. distin. non loca. z cap. multi. in fine. in auten. de monachis. ℌ. ordinatione. honestioribus enim honores debentur ar. j. lxxv. dis. c. j. in fi. z. ff. de muneri. z ho. Honores. Ar. ℌ. C. de offi. magi. officioz. nemo ageriū. z. xlj. distinctiōe miramur. et arg. cōtra. lx. di. c. penul. z vi.

Adde an z qñ potior tpe sit potior iure. not. in. l. si fundū. z in. l. gñaliter. z in. l. si duo. ff. q̄ po. in pigno. ha.

Universidad de Deusto

diuersa concilia affricane prouincie temporibus aurelij carthaginensis episcopi leguntur esse cõscripti. Q ona, Arelatẽ.in qua patres cc.statuerunt canones.iiij.quorũ auctores maxime Siluester vrbis rome episcopus:z sanct⁹ maurinus arelatẽ.episcopus extiterunt tempoꝛibus cõstantini augusti sicut quidã asserũt. D ecima iterũ arelatẽ.i qua patres.xviij. statuerunt canones:quoꝛũ auctoꝛ maxime Cesarius arelatẽ.episcopus temporib⁹ augusti cõstantini extitit. U ndecima iterum arelatẽ. in qua patres.xviij.statuerunt canões. D uodecima iterũ arelatẽ.in vico hortẽsio: in qua patres.xj.statuerunt canones:quoꝛum auctoꝛ maxime sanctus cesari⁹ episcop⁹ extitit. T ertiadecima iteruz arelatẽ.in qua patres.xviij. statuerunt canones: quoꝛum auctoꝛ maxime sarpidius arelatensis episcop⁹ extitit. Q uartadecima auraſicien.i qua patres. xxvj. statuerunt canones: quoꝛum auctoꝛ maxime Hylarius episcopus extitit. Q uintadecima empanẽ.in qua patres.xvj.statuerunt canones.ix. quoꝛum auctoꝛ maxime cesarius extitit episcopus . S extadecima Agathẽ. in qua patres xxxix.statuerunt canones: quoꝛum auctoꝛ maxime arelatẽ.episcopus extitit. S eptimadecima aurelianẽ.in qua patres.lxxij.statuerũt canones: quoꝛum auctoꝛ maxime Aurelian⁹ arelatẽ.episcopus extitit O ctauadecima iterum aurelianẽ.in qua patres.xxx. statuerunt canones:quoꝛum auctoꝛ maxime Melian⁹ episcopus rhodonensis extitit. Q onadecima iterum aurelianẽ.in qua patres.xxx.statuerunt canones:quoꝛum auctoꝛ maxime sanctus albinus andegauensis episcopus extitit. U igesima aluernẽ.in qua patres.xv. statuerunt canones:quoꝛum auctoꝛ maxime honorat⁹ brielẽsis episcopus extitit. U igesimaprima maticen. in qua patres. xxj. statuerunt canones: quoꝛum auctoꝛ maxime pascus lugdunensis episcopus extitit. U igesimasecunda iterum maticen.in qua patres. lxxxvj. statuerunt canones quoꝛum auctoꝛ maxime idẽ pascus lugdunensis episcopus extitit. U igesimatertia lugdunensis.in qua patres.xviij.statuerũt canones:quoꝛum auctoꝛ maxime philippus vienensis episcopus extitit. U igesimaquarta iterum lugdunensis.in qua patres viginti statuerunt canones. quoꝛum auctoꝛ maxime idem pascus lugdunensis episcopus extitit. ¶ Sed q nicena synod⁹ viginti canones supra statuisse dicitur:cõtrarium videtur ei quod in epistola Athanasij inuenitur. Scribit enim Athanasius alexandrin⁹ episcopus marco pape ita dicens. ¶ Epistola Athanasij postulantis capitula niceni concilij.

S Eptuaginta Niceni cõcilij capitula que de prefata synodo iubẽte domino meo alexandro decreta omnium episcoporum attuli:que sunt igne combusta: optamus vt a sede sancte ecclesie vestra auctoritate percipere per presentes legatos mereamur. I tempresentib⁹ nobis.lxx. in memoꝛata synodo capitula tractata sunt. xxx. a grecis greca edita lingua.z.xxx.a latinis simulꝛ edita latina lingua sed visum est.ccc.z.xviij.episcopis spiritu sancto repletis et maxime tam dicto alexandro et aposto.se.apocrisariis vt decem capitula adunarentur:aliis atq; aliis congruis locis inserentur z ad formam. lxx. discipulorum vel totius oꝛbis terre linguarum.lxx. tãti et tam excellentis concilij fierent capitula que omnem christianorum informarent oꝛbem. Q uomodo ergo triginta tantum capitula in nicena synodo statuta dicũtur:cũ.lxx.capitula : vt athanasius scribit in eo statuta monstrentur. His ita respondetur.capitula nicene synodi quedã in dissuetudinem abierunt.triginta tantum in romana ecclesia habentur. U nde stephanus papa scribit dicens Luthobio epõ magũtino. ¶ Niceni concilij viginti tantum capitula habentur.

a U Jginti⁸ tantum capitula nicene synodi in sanctaroma na ecclesia habentur:sed quo neglectu alia defecerũt ambiguũ est plurimi arbitrantur antiocheno concilio esse ea inserta. S ardicense quoq; concilium auctoꝛitate Nicolai pape recipitur. U nde idem scribit clero constantinopol. ¶ Auctoꝛitate apostolica sardicense cõcilium recipitur.

a U Jginti. A sardicensi.

Q Uod dicitis neq; sardicense cõcilium neq; decreta alia vos habere sanctoꝛum patrum vel recipere:non facile vobis facultas credendi tribuitur: maxime cum sardicense cõcilium quod penes vos in vestris regionibus b actum est:et omnis ecclesia recipit:qua ratione cõueniat:vt hec sancta constantinopolita

b Q Uod di. Regionib⁹. Hic est duplex argu. vnuz tale. ex quo oẽs alij hoc faciunt. ergo z tu obseruabis hoc:vt nota. S. xij. di. illud z ca. quẽadmodũ. Jtẽ ar. qnulli Jgnozare ea q̃ publice facta sunt.xij. q.ij. q̃ z publiꝛ hũamis. viij.q.j. ca decet. xj.q.iij.cure.xx.di.si decreta.lxxxvij.dist.ca.vlt. bẽt ab xxiij.q.j.parat⁹. ff. de institoꝛia.sed z si. S. prescribere C. de libe.causa.si filiũ.extra de post.plã.ad hoc. Ar. Facta scirl.

contra.lxxxij.dis.ppostisti.z.j.q.j. si q̃s simoniacis. z.xxiij.q.j.si q̃s dederit.pmũ regl'are.,scõm casuale. ppt casuz ignoꝛãtis.est q̃ mrimo.accu. po. cũ in tua.

divisio

Generalia. Hec distin. diuidit in tres partes. In quaꝝ prima magister intẽdit,pbare q̃ nullũ robur habet cõciliũ gñale sine licẽtia pape celebratũ. Scda ibi quapropt. Tertia ibi:si vero.

Concilium est multiplex.

a ¶ Gñalia q̃z concilia. Jn hac xvij.dis.oñdit q̃ pñt facere concilia. Sunt aũt cõcilioꝝ quedã vniuersalia q̃ dã particularia siue ,puincialia quedaz epalia. Uniuersale est q̃ a papa vel ei⁹ legato cũ oibus epis statuitur. Particulare siue,puincial est q̃ metropolitanus vel primas facit cum suffraganeis suis: vt xvij. di.c.j.xcij. di.si q̃s eps. Ez vle non dz fieri sine auctoꝛitate pape: vt hic: nec particulare sine auctẽ metropoli. vel primatꝫ. nec epale sine auctẽ epi. metropolitan⁹ tñ potest facere concilium sine auctẽ primatis vt.xcij.dis. si q̃s epẽs. silr epẽ sine auctẽ metropolitãi. vt.xxxviij. di.quãdo. z.xij. qõe. ij. placuit. Nec ob. q̃ legitur.j.di. pri.ca. ppter.i fi. et ca. penul.qz illũ est intelligendũ de puincialib⁹ conciliis. vel intelli

Psal. lxxxj.

na ecclesia abisceret:(vt dictum) non reciperet.

¶ Distinctio.xvii.

Generalia a q̃z cõcilia vel quoꝝ tẽpoꝛe celebrata sũt: vel quoꝝ auctoꝛitas ceteris pemineat sanctoꝝ auctoꝛitatibus supra monstratum est. Auctoꝛitas vero aggregandoꝝ cõciliorum penes apostolicam sedem est.

U nde marcellus papa scribit maxentio episcopo.

¶ Absq; romani põtificis auctoꝛitate synodum aliquibus congregare non licet.

S ynodum b episcoporum absq; hui⁹ sedis romane auctoꝛitate (q̃q̃ quosdam epos possitis cõgregare c) nõ potestis regulariter facere.

¶ Neq; vllum episcopuz qui hanc appellauit apostolicam sedẽ dãnare:anteq; hinc sentẽtia diffinitiua procedat. nã si seculares in publicis iudiciis libellis vtuntur appellatoꝛib⁹: q̃to magis sacerdotibus hec eadem agere licz qui super illos sint de quibus dictum est. Ego dixi dij estis.

I tem iulius papa oꝛientalibus episcopis.

¶ Non est ratum concilium q̃d auctoꝛitate romane ecclesie fulcitum non sit.

e ¶ Ratum est. Argu. q̃ id quod nullum est nõ potest ratum haberi. vt not. ix.q.ij.c.nullus alter⁹. extra de elec. auditis.

f U ic soli. ¶ Concessa. Hic expõsse habet q̃ illud q̃d soli pape ppetit nõ trãsfert generali mãdato:nisi specialiter mãdetur: vt extra de offi. lega. q̃d trãslationem. Nec licuit g ¶ particularem. ad aliq̃d gñaliter statuẽdum vel ad reuocãdũ illud quod in vniuersalibus cõciliis est statutum. vt isti episcopi qui volebant retractare statuta cõstãtino. synodi. Uidetur hic q̃d ad solũ papam spectat interpretari statuta vniuersalis cõcilij. vt ex de concess. ꝑben. z eccle. nõ vacã. dilect⁹. cõtra argu. q̃ ab oibus epis vel a sanioꝝ pte coꝝ qui interfuerũt põt fieri interpretatio q̃ ab eo iudice ,pdre dz interpretatio qui⁹ statuit. extra de sen. excõ. inter. de iudi. cũ venissent.

Peti⁹ soli cõpetens gñali mãdato non trãsfertur.

Statuta vniuersalis cõcilij q̃ quem pñt interpretari.

h ¶ Ad recipiendã. Ex ipso q̃d errat non dz hereticus si paratus est corrigi. vt.xxiij.q.j. hec est fides. Jz si dubitat de fide hereticus dz. vt ex de hereticis. c.j.

Pro. xviij.

i ¶ Per seculares. Possunt ergo laici coercere clericos etiã nõ depositos in casib⁹: vt no. xxiij.q.v. pricipes. alias aũt etiã depositum non potest laicus punire nisi incorrigibilis sit. vt extra de iudi. cum nõ ab homine nimiꝝ enim clericus qnãtumcunq; sit criminosus tradẽdus est curie seculari: dũmodo possit corrigi per ecclesiasticam potestatẽ. vt.lxxxj. dist. dictum est de iudi. at si clerici. nisi i crimine falsi Fauz aplicarum. vt ex de cri. fal. ad falsarioꝝ. Item habes hic

Laici vtrum possint aliqñ clericos punire

c iij.

† Adde vel et pticulariter ad aliqd gñaliter statuẽdũ. Archi.

b Synodum. scilicet generalem. †

c ¶ Cõgregare. Cũ quentũ epi ad examinãdã causam criminalẽ alicui⁹ clerici. et ꝑ hoc est arg. q̃ talis congregatio epoꝝ non dz synodus generalis.

d Egula. ¶ Legatus. Ad hoc specialiter destinatus. alias non posset legatus facere concilũ: vt no. S. distinc. iij. ¶. porro. et extra de offic. legati. q̃ translationem.

q̄ vbicunq̄ deficit ecclīastica ptās semp recurrit ad brachiū sēcare. xj.q.j. perim⁹. & xviij.q.v. de iliguib⁹.

a ¶ Multis de. ¶ Horta tu. Ar. q̄ auctoritas superiorꝫ non excusat. vt xij.q.ij. quicūq̄ multū. ar. 24. xi.q.iij. de reb⁹. xviij. dist. salomitane. Tu dic q̄ in lenibus excusat: sed non.

b ¶ Ad maiorē. i. metropo. & ita cū appellatur ab oib⁹ epīs puncie ad metropoli. videt q̄ metropoli. sol⁹ maior sit oibus epīs puncie: q̄ de pari ad parē nō licet appellare. ij.q.vj. §. ātē riorū. ver. idem etiā. Itē hic appellāt a metropo. ad conciliuꝫ metropo. j. ij. q. vj. ois. & sic cōciliū est maior ipso metropoli. et sic appellat ab aliquo ad seipz cū alijs. et est si. ff. q̄n appel. sit. l. j. §. solēt. Sz q̄d est q̄ hic dr: q̄ si dissentiūt epī re currāt ad superiorē. quare nō stat hic sentētie pluriū. lxv. dist. sane. Intelligūt q̄dam q̄ hic dicit in cā criminali epī vbi oportet oēs epos ꝑsentire. vt. vj. q̄. iij. c. j. & ij. Sz p̄t intelligi i eo casu q̄n in prouincia dubitatur d negocio aliq̄ inter epos: tūc recurritur ad sedē superiorē vel itel ligas in eo casu etiam q̄n dissentiūt epī in sententia: nō q̄ sniam aliquā ꝓferāt: sed videt q̄busdam vno mō sētētia alijs alio mō.

Appellat de epīs. ꝓuincie ad metropolitanū.

ij. ps.

iij. ps.

oportet opprimi potestates.

Item pelagius papa episcopis qui conuenerant ad illicitam vocationē Joannis constantinopolitani episcopi.

¶ Nō est concilū sed conuenticulum q̄d sine sedis apostolice auctoritate celebratur.

Multis denuo apostolicis & canonicis atq̄ ecclesiasticis instruimur regulis non debere absq̄ sententia romani pontificis cōcilia celebrari. ¶ Quapropter vt iam dictū est recte non concilium: sed conuenticulum vestrū vel conciliabulū cassatur: et quicquid in eo actum est irritū habeatur et vacuum: vos quoq̄ deinceps videte vt nulli⁹ hortatu⁸ talia presumatis: si apostolice sedis cōmunione carere non vultis. ¶ Si vero in qualibet ꝓuincia orte fuerint questiones: & inter ipsos ꝓuincie episcopos discrepare ceperit ratio. atq̄ inter ipsos dissidentes non conueniant: ad maiorem[b] tunc sedem referantur: et si illic quidem facile et iuste non discernuntur: vbi fuerit synod⁹ regulariter congregata canonice & iuste iudicentur. Maiores[c] vero & difficiliores questiones (vt sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit) ad sedem semper referantur apostolicam.

Item symmachus papa.

¶ Prouincialia concilia sine romani pontificis presentia ponderare carebunt.

Concilia sacerdotum[d] ecclesiasticis legibus quotannis decreta per prouincias quia presentiam pape non habent: valitudinem perdiderunt[e]. Legistis insanissimi aliquando in illis prouincijs maioribus preter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum: et non de maioribus negocijs ad consultationem: si quid occurrerit prefate sedis arbitrio fuisse reseruatum. ¶ Hinc etiam cum auctoritas theodorici regis ex diuersis prouincijs ad vrbem romanam sacerdotes conuenire precepisset[f] vt sanctum concilium iudicaret de his que venerabili pape Symmacho presuli apostolice sedis ab aduersarijs ipsius dicebantur impingi: ligurie et emilie episcopi seu venetiarum suggesserunt: ipsum qui dicebatur imperitus debere synodum conuocare. Scientes q̄ eius sedi primum Petri apostoli meritum deinde secuta iussione[g] domini concilium venerandum auctoritas singularem in ecclesijs tradidit potestatē: nec antedicte sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio. Ad hec serenissim⁹ rex deo inspirante respondit[h]: synodalis est arbitrij in tanto negocio se quenda perscribere: nec aliquid ad se preter reuerentiā[h] de ecclesiasticis negocijs pertinere: committens etiam potestati pontificū: vt siue ꝓpositum vellent audire negocium siue nollent: q̄d magis putarent vtile deliberarent: dummodo prouenerandi prouisione concilij pax in ciuitate romana daretur. Episcopi vero in synodo residentes congregata auctoritate eiusdem symmachi dixerunt. ¶ Symmachus papa sedis apostolice presul ab huiusmodi oppositionibus imperitus quantum ad homines respicit: sit immunis[i] & liber: cui⁹ causam totā dei iudicio reseruamus. ¶ De clericis vero memorati pape q̄ ab episcopo suo an-

c ¶ Maiores. vt de fide. vt. xxiij. q.j. ḡties.

d ¶ Concilia. ¶ Sacerdotum. i. epōrum.

e ¶ perdiderunt. No. q̄ aliquis dicit videre q̄d nunq̄ habuit. sic. v. q. vj. qui iuxta. xxij. q. iij. guillelmus. xxiij. dist. quorūdaz. sic. xxxiij. q. ij. q̄ vero. et canoyses.

f ¶ Precepisset. Illi epī venerunt ad citationē regis non q̄ venire tenerē tur: sed vt reuocarent eū ab errore suo. simile ad hoc. extra de exceptionibus. olim.

g ¶ Sanctissime pā habet ergo romana eccl̄ia auctoritatem [illegible] [illegible] [illegible]

iste canon preiudicat illi: q iste canon est niceni concilij: vel loquitur ꝑm diuersas cōsuetudines. xvj. distin. c. j. versi. primo.

Simulatas.

a ¶ Simultatibus. Simultas est odium priuatū: lxv. distin. ca. iij.

b ¶ Circa tēpus. Jdib⁹ octobris. vt. j. c. seq.

c ¶ Ropter. Admoneāt. i. moueant vel propue: z sic est accu. q̄ mora pōt purgari: licz certus dies sit appositꝰ, alʒ quare admonerent. lic. j. ea. di. qñ. z extra ō cōcess. preben. z eccle. nō vacan. q. diuersitatem. z ff. de peri. et cō. rei vē. l. j. ℌ. licet autē. Arg. contra. extra ō ele. cum in cunctis. arg. contra. vij. q. j. presentium. z xx. q. ij. puella z. C. de cōtrahē. sti. magna. z extra de dolo z cō tuma. cū dilecti Sol. vbi dies p̄figitur a canōe mora pōt purgari. secus si ab homine prefigitur dies. arg. ff. de ar. si cū dies ℌ. vlti. z. l. celsꝰ Johā. Sed hoc nō est verum vt extra ō supplē. negligen. prela to. licet. ibi dicitur videtur q̄ mora purgari nō possit: sed certe nona ḡreta. dicit q̄ in solutiōe pēsionis mora intra breue tēpus posset purgari. vt extra ō locꝫ. c. vlti. sed illa loquitur in alio casu q̄ decret. licet. Uel dic q̄ illa corrigit decre. licet. B.

Ante de none et idus.

d ¶ Jdibus. hoc falsum videtur: qr idus semp est in. xiij. die. vel. xv. scōm q̄ none p̄cedunt. sterñ mēsis habet quattuor nonas: sunt idꝰ. in. xiij. dic. si ꝯo sex nonas: sunt. xv. die. z ita idus nūq̄ sunt in. x. die verum est apud nos: sed apud grecos bene est i. x. die. Dicunt quidā q̄ idus q̄nq̄ dicīt large. vt hic. scz totum illud tēpus ex quo post nonas statim incipiunt cōputari. vt cum dr. viij. idus. vij. idus. z sic deinceps vt oibꝰ (si que sunt) simultatibus[a] amputatis. mundū ieiunū z solenne deo possit offerri. Secundū vero agatur circa tempus[b] autumni.

I tem ex antiocheno cōcilio.

¶ Ad morū correctionē z cōtrouersiarū dissolutionē bis in anno ep̄ale concilium fiat.

Ropter ecclesiasticas cāusas et que existunt cōtrouersias dissoluēdas sufficere nobis visum est: bis in anno per singulas prouicias ep̄orum concilij fieri. Semel quidē post tertiam hebdomadā paschalis solennitatis: ita vt in quarta hebdomada que sequitur z in medio temporis inter pascha et penthecosten cōcilij cōpleat: admoneant[c] autē cōprouinciales ep̄os hi qui in amplioribꝰ ciuitatibus: id est metropolitanis degūt.

¶ Secūdum ꝯo cōcilij idibꝰ octobris habeatur: qui dies apud grecos hyperici mensis[d] decimus inuenit. In ipsis autem concilijs et presbyteros et diacones presentes esse oportet: et omnes[f] quotūt se lesos existimāt synodicam expectare sententiam: nec liceat aliquibus apud semetipsos cōcilia[g] sine metropolitano[h] et episcopoꝝ conscientia et consensu facere: quibus et de omnibꝰ causis[i] constat esse permissum iudicium. I tem ex concilio laodicen.

¶ Semeruptos accusant qui vocati ad synodum venire cōtemnunt.

On oportet vocatos episcopos ad synoduz contemnere venire: sed adire debere: et aut docere aut doceri[j] que sunt ad ecclesie ceterorumq̄ correctionem vtilia. quod si cōtempserint seipsos videntur accusare[k] nisi forte ire non possint. I tem ex concilio calcedo.

¶ Corripiantur episcopi qui ad concilium vocati venire recusant.

Eruenit ad nostras aures q̄ in prouincijs cōstituta episcoporum concilia minime celebrātur: hoc ex eo probatur q̄ multi[l] que correctione opus habent ecclesiastice res negligātur. Statuit hec ergo sancta synodus secūdum regulas patrū bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos: vbi singula que emerserit: corrigantur. Quicunq̄ vero noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus: et hoc maxime cum sui corporis sanitate sint consistētes: cum etiam ab omnibus alijs vrgentibus necessitatibus[m] et inexcusabilibus negocijs sint liberi: licere eos fraterne charitatis commonitionibus corripi.

b. Circa tēpus autumni. Hec est scōa ps huius dis. in qua ꝓbat q̄ sufficit q̄ semel in anno fiat p̄uinciale cōcilij Johan. de fan. z q̄ singulis ānis cōcilium p̄uincialē debeat celebrari ponit sub precepto Arch.

c. Hoc cap. diuidit in duas partes. In p̄ma p̄te dicitur q̄ antiqua regula p̄cipiebat synoduz bis in anno celebrari. Sed quia hoc difficile erat ideo sexta synodus statuit semel in anno fieri. Princeps ꝛo qui hoc ꝓhibuerit excōmunicetur: z metropolitanus qui concilij neglexerit celebrare: canonice punietur. In secunda parte que incipit ibi, Dum aūt: dicit q̄ donec synodꝰ agit epi debent esse intenti diuinis mandatis: z q̄ metropolitanus nō habeat licentiā peredi aliq̄d ab ep̄is venientibus ad synodum. z si conuictus fuerit aliquid exegisse: in quadruplum restituet.

d. Dies. Ide est debēt excōicari. vt. ij. q. vj. dscs ꝓbat.

e. Hyperici. i. est octobris.

f. Et oēs. et ꝓ id est als si oēs debent conuenire de p̄uincia. quare ep̄us ferret eis oia ea que fierēt in synodo. vt. j. ca. decernimus.

g. Concilia. prouincialia: q̄ quilibet episcopus irrequisito metro. pōt facere cōcilia episcopalia vt. xxxviij. distin. quando.

h. Causis. q̄ ad statū p̄uincie spectant.

i. Docere. Idz est non debeant indigere doctria. vt. j. q. vij. cōuenientibꝰ tamē dicere debent. xxiij. q. iij si habes.

k. Accusare. Id est debēt excōicari. vt. ij. q. vj. dscs ꝓbat.

l. Eruenit. Multe. Arg. q̄ p se quētia intelligū dētia p̄ tur z p̄sumun sequentur precedentia tia p̄sūnā si quis ab hereticis p̄violentiam trāct⁹ fuerit: z per mēsem steterit cuz eis: p̄sumit nō tra munē. ctus. vt. j. q. j. constat. Jtē arg. contra p̄latos ex vicijs subditoꝝ. z contra magistros ex vicijs discipulorum. vt. xxviij. di. p. iussū. z xxij. q. ij. quod aut. litū. dr stm. legē. xij. q. ij. quattuor. xiiij. dist. multis. xxxiij. q. j. cum per bellicam. z. C. de sdul. hi qui.

m. Necessitatibus. q̄ necessitas excuset. habes de conse. dist. iiij. hi qui. Jtem si quis propter tempesta tem vel flumen: vel qr vocatus est ad testimoniū vel causis ad dignitatē vel si incipit abesse causa reipubli. vel excusā si domestico funere impeditur: vel si maius negociū tur.

Citatt

ipsum trahit excusatur. v. ff. si quis cau. l. ij. ℌ. j. z. ij. z l. iij. z. ff. ex quib⁹ cau. maiores. item hi. vel ii ad matius tribunal vocatus est. vt. ff. de re iudica. cōtra pusillum. ℌ. his qui edem. Item timor ostium. extra de appella. ex parte.

ij. ps.

Quoniam quidem.

¶ Hec est scōa ps huius dis. in qua ꝓbat q̄ sufficit q̄ semel in anno fiat p̄uinciale cōcilium Johan. de fan. z q̄ singulis ānis cōcilium p̄uinciale debeat celebrari ponit sub precepto Arch.

¶ Hoc cap. diuidit in duas partes. In p̄ma p̄te dicitur q̄ antiqua regula p̄cipiebat synoduz bis in anno celebrari. Sed quia hoc difficile erat ideo sexta synodus statuit semel in anno fieri. Princeps ꝛo qui hoc ꝓhibuerit excōmunicetur: z metropolitanus qui concilij neglexerit celebrare: canonice punietur. In secunda parte que incipit ibi, Dum aūt: dicit q̄ donec synodꝰ agit epi debent esse intenti diuinis mandatis: z q̄ metropolitanus nō habeat licentiā peredi aliq̄d ab ep̄is venientibus ad synodum. z si conuictus fuerit aliquid exegisse: in quadruplum restituet.

Cōstituto secunda an reuocet ꝓuoz de illa mētiōe nō fetā

a ¶ Quoniam quidē regula. Jllud no. q̄ cū hec synodus velit corrigere antiquam constitutionē facit mentionē de ipsa: z sic est arg. q̄ vna constitutio nō reuocatur p̄ aliam nisi faciat mētionē illius: sic est in rescriptis quia aliter non videtur papa ex certa sciētia contrarium constituere. Sed hoc non dico verū: z licet in rescriptis z p̄uilegijs requirat q̄ fiat mentio priorum ad hoc vt priora reuocent: non tamē est ita in constitutionibus. et hoc ideo qr constitutio procedit ex libero motu domini pape: z quia omnia iura habet in scrinio sui pectoris. vt. C. de testa. omnium. Jtem z est arg. ad hoc extra de cogna. spi. ca. j. Similiter in testamentis non requiritur q̄ fiat mētio prioris: qr testamentum prolege seruatur. xiij. q. ij. ca. vl. nisi in duobus casibus: vt si sit testamentum factum inter liberos: vt. C. de testa. l. hac consultissima. ℌ. ex imperfecto. et auten. hic inter liberos. nisi ipse testator legē sibi testandi dixerit: cū dixerit si fecero aliud testamentum non valet: quia tunc faciendo secundū oportet q̄ faciat mētionem de primo. vt. ff. de leg. iij. si quis in principio. in cōcilijs autem antiquius obtinet si est potioris auctoritatis. vt. l. distinct. domino sancto. in fine. Johan. Uerum est q̄ in rescriptis contingit: sed omnium factorum habere memoriā pone. Friuola. nā rationabiles exceptiones semper admittuntur. vt extra de offi. deleg. ex parte.

Testū secundū an reuocet primum.

c ¶ Cōtra. Nota principes posse excōicari. qd̄ verum est etiam a sacerdotibus. vt. j. dis. xcvi. duo sunt. xj. q. iij. si autem nobis. z. C. vbi de crimi. agi oport. auten. qua in prouincia.

Reuocant fa cta contra vio lenter deretū.

